

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

LIBER

Voniam igitur primum est inuenire oratoris: quid quaeret: **M.** Vt inueniat quæadmodum si-
 q de faciat eis: quibus uolet persuadere: & quæadmodum motum eorum animis afferat. **C.** quibus re-
 bus fides sit: **M.** Argumētis que dicuntur ex locis aut in re ipsa insitis: aut assumptis. **C.** Quos vo-
 cas locos: **M.** Eos in quibus latet argumētum. **C.** Quid est argumētum: **M.** Probabile inuentum ad facien-
 dā fidē. **C.** Quomodo igitur duo genera ista diuidis: **M.** Que sine arte putantur ea remota appello ut te-
 stimonia. **C.** Quid insita: **M.** Quæ inherant in ipsa re. **C.** Et testimoniorum quæ sunt genera: **M.** Diuinum
 & humanum. Diuinum est: ut oracula & auspicia: ut uaticinationes: ut responsa sacerdotum: vel aurspicum au-
 spiciū cōiectorum. Humanum quod spectat ex auctoritate & ex uoluntate & ex oratione: aut libera aut expres-
 sa: in quo insunt scripta: pacta: promissa: iurata: quesita. **C.** Que sunt quæ dicis insita: **M.** Quæ ipsa sunt
 rebus ipsis: tū ex toto: tū ex partibus: tū ex notatione: tū ex his rebus quæ quodammodo affecte sunt: ad id
 de quo queritur: & ad id totum de quo differit: tū diffinitio adhibetur: tū partium enumeratio: tū notatio
 uerbi. **E**t ex his aut rebus quæ quodammodo affecte sunt: ad id de quo queritur: alia cōiugata appellantur: alia ex
 genere alia ex forma: alia ex similitudine alia ex differentia: alia ex contrario: alia ex cōiunctis: alia ex antece-
 dentibus: alia ex cōsequētibus: alia ex repugnātibz: alia ex causis: alia ex affectibus: alia ex cōparatione
 maiorū: aut parium: aut minorū ut diffinitio: ut cōtrariū: ut ea quæ sunt quasi repugnātia ipsi cōtrario: ut est
 aut similia: aut dissimilia: aut cōsentanea: aut dissentanea: aut ea quæ sunt quasi cōiuncta: aut ea quæ sunt qua-
 si pugnantia inter se: ut earum rerum de quibus agit causa: aut causarum euentus. i. quæ sunt effecta. **D**e causis:
 ut distributiones: ut genera partium: generumue partes: ut primordia rerum & quasi percurrētia: in quibus
 inest aliquid argumētum: ut rerum cōtentiones: quid maius: quid par: quid minus sit: in quibus aut naturæ
 rerum: aut facultates cōparant. **C.** Omnibus ne igitur ex his locis argumēta semper sumemus: **M.** Immo uero
 scrutabimur: & quaeremus ex omnibus: sed adhibebimus iudicium ut leuia semper reiciamus: nonnunquam
 cōiā pretermittamur non necessaria. **C.** Quomodo de fide ostendit: uolo audire de motu. **M.** loco tu quod queris: si
 planius quod uis explicabitur quā ad orationis ipsius quaestionum rationem uenero. **C.** Quid sequitur igitur:
M. Cū inueneris collocare: cuius infinita quaestione ordo est idē fere quæ exposui locorum. **I**ndefinita au-
 tē adhibenda sunt illa etiā quæ ad motum aiorum pertinet. **C.** Quomodo igitur istam explicas: **M.** Habeo
 cōmunia precepta fidei facientia & cōmouendi quoniam fides est firma opinio. **M**otus aut animi incitatio: aut
 ad uoluptatē: aut ad molestiam: aut ad metum: aut ad cupiditatē. **T**otum enim sunt motus genera partes plu-
 res generum singulorum: cōmunem collationem ad fidem accomodo quaestionis. **N**ā est in consultatione
 uel propositione finis: fides in causa & fides & motus. **Q**uare quū de causa dixerō: in qua est proposi-
 tum: de utroque dixerō. **C.** Quid habes igitur de causa dicere: **M.** Auditor eam genere distinguit. **N**am
 a scultor est modo qui audit aut disceptator. i. rei sententię moderato: ita ut deleatur: aut ita ut sta-
 tuat aliquid. **S**tatuit autem: aut de preteritis: ut iudex: aut de futuris: ut senatus: sic tria sunt genera hęc
 iudicium: deliberationis: exornationis: quæ quia in laudationem maxime confertur: proprium habet ius
 ex eo nomen. **C.** Quas res sibi proponet in istis tribus generibus orator: **M.** Delectationem in exora-
 tione: in iudicio autem scruuitiam aut clementiam iudicis: in suasionem autem: aut spem: aut formidationem
 deliberantis. **C.** Cur igitur exponis hoc loco genera controuersiarum: **M.** Ut rationem collocandi ad
 finem cuiusque accomodem. **C.** Quoniam tandem modo. **M.** Quia quibus in orationis delectatio finis
 est: uarii sunt ordines collocandi. **N**am aut temporum seruantur gradus aut generum distributiones aut
 a minoribus ad maiora ascendimus: aut a maioribus ad minora delabimur aut hac inequabili uarietate
 distinguimus: tū parua magnis: simplicia conuictis obscura dilucidis: leta tristibus: incredibilia probabili-
 bus inteximus: quæ in exhortatione cadunt oia. **C.** Quid in deliberatione: quid spectas. **M.** Principia ut
 non longa uel saepe nulla. **S**unt. n. ad faciendū quod deliberat suam cām parati: nec multum sane saepe narrandū ē. **E**t
 enim narratio preteritarum rerum: aut presentium suasio aut futurarum. **Q**uare ad fidem & ad motum adhibenda
 est omnis oratio. **C.** Quid in iudiciis: quæ est collocatio. **M.** Non eadem accusatoris & rei: quæ accusator re or-
 dinemque prosequitur: & singula argumenta quasi ista in manu collocataque uehementer proponit: conclu-
 dit acriter: confirmat tabulis: decretis: testimoniis: accuratusque in singulis cōmoratur personisque preceptis
 quæ ad incitandos aios ualent: & in reliqua oratione paludum digrediens de cursu dicēditur: & ueheme-
 tius in porando. **E**t enim propositum ut iratum efficiat iudicem. **C.** Quid faciendū ē cōtra reo. **M.** Cōtra oia: longe
 secus sumenda principia ad beniuolentiam cōciliandā. **N**arrationes aut amputande quæ ledunt aut relin-
 quēde si tute sunt molestę. **F**irmamēta ad fidem posita aut per se diluēda: aut obscuranda: aut digressioni-
 bus obruēda: porationes autem ad misericordiam cōferende. **C.** Semper ne igitur ordinem collocandi quæ uolu-
 mus tenere possumus. **M.** Non sane. **N**ā auditorum aures moderat oratori prudenti & profundo & quod re-
 spuunt imutandū est. **C.** Expone deinceps quæ ipsius orationis: uerborumque precepta sint. **M.** Unum igitur genus &
 eloquendi sua sponte solum alterum uersum atque mutatum. **P**rima uis est in simplicibus uerbis in cōiunctis secunda
 simplicia inueniēda sunt cōiunctio collocanda est: & simplicia uerba parti natiua sunt partim repta. **N**ati-
 ua ea quæ significata sunt sensu. **R**epta quæ ex his facta sunt & nouata aut similitudine aut imitatioe alia in-
 feruntur quæ non noua non nouata tractant: aut inflexione: aut adiunctione uerborum: atque est hęc distinctio in
 uerbis altera natura tractatioe altera. **N**aturæ sint alia consonantiora: grauiora: leuiora: & quæadmodum
 nitidiora: alia contra. **T**ractatioe autem: quum aut propria sumunt rerum uocabula: aut addita ad nomen: aut
 noua: aut prisca: aut ab oratore modificata: & inflexa quodammodo: qualia sunt ea quæ transferuntur
 aut immutantur: aut ea quibus tanquam abutimur: aut ea que obscuramus: quæ increduliter tollimus quæ
 quæ mirabilius quam sermonis consuetudo patitur ornamus. **C.** Habeo de simplicibus uerbis: nunc

Noty an.